

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum perfectio huius vitæ consistat principaliter in consilijs, vel in  
præceptis? 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

QVÆST. CLXXXIV. ART. III. 607  
dilectionem nemo habet, quām vī animām suām po-  
nat quis pro amicis suis. Tertio, quantum ad effectum  
dilectionis, vt scilicet homo pro proximis impendat  
non solum temporalia beneficia, sed etiam spiritua-  
lia; & vterius seipsum: secundum illud Apostoli so-  
conde ad Corinthios duodecimo, Ego autem liben-  
tissime impendam, & superimpendar ipse pro ani-  
nibus vestris.

ARTIC. III.

Vtrum perfœctio consistat in præceptis, an  
in consilijs?

A D tertium sic proceditur. Videtur, quod perfe-  
ctio vitæ non consistat in præceptis, sed in consili-  
j. Dicit enim Dominus Mat. 19. Si vis perfœctus  
esset, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus,  
& veni sequere me. Sed istud est consilium. Ergo per-  
fœctio attenditur secundum consilia, & non secundum  
præcepta.

¶ 1 Præterea, Ad obseruanciam præceptorum  
omnes tenentur, cum sint de necessitate salutis. Si ergo perfœctio Christianæ vitæ consistat in præceptis, se-  
quetur quod perfœctio sit de necessitate salutis, &  
quod omnes ad eā teneantur. Quod patet esse falsum.

¶ 2 Præterea, Perfœctio Christianæ vitæ attendi-  
tur secundum charitatem, vt \* dicitur est. Sed perfe-  
ctio charitatis non videtur consistere in obseruancia  
præceptorum; quia perfectionem charitatis præcedit  
& augmentum & inchoatio ipsius, vt patet per Au-  
gust. \* super Canonica[m] Ioannis. Non autem potest  
charitas inchoari ante obseruanciam præceptorū: quia  
re dicitur Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meu-  
trahabit. Ergo perfœctio vitæ non attenditur secun-  
dum præcepta, sed secundum consilia.

S H D contra est, quod dicitur Deuter. 6. Diliges  
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et Leuitic.  
19. dicitur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Haec  
autem sunt duo præcepta, de quibus Dominus dicit  
Matth. 22. In his duobus præceptis penderit lex, & pro-  
phetæ.

870  
2. cor. c.  
120. C.  
quol 4. a.  
24. ad 2.  
C. op. 17  
c. 6.

a. I. C. 2.  
P. & C.  
tra. 9. de  
clini. ad  
fin. 10. 9.

608 QVÆST. CLXXXIV. ART. III.  
phæta. Persefio autem charitatis, secundum quam  
dicitur vita Christiana esse perfecta, attendit secun-  
dū hoc, quod Deum ex toto corde diligamus, & pro-  
ximum sicut nos ipsos. Ergo videtur quod perficio  
consistat in obseruantia præceptorum.

RESPOND E O dicendum, quod perficio di-  
citur in aliquo consistere dupliciter. Vno modo, per  
se & essentialiter. Alio modo, secundario, & acci-  
dentaliter. Per se quidem & essentialiter, consilii per-  
ficio Christianæ vitæ in charitate: principaliter quidem,  
secundum dilectionem Dei: secundario autem,  
secundum dilectionem proximi. de quibus dantur pre-  
cepta principalia diuinæ legis, ut dictum est. Non  
autem dilectio Dei & proximi cadit sub præcepto se-  
cundum aliquam mensuram; ita quod id quod est plus  
sub consilio remaneat, ut patet ex ipsa forma præ-  
cepti, quæ perfectionem demonstrat, cum dicuntur, Dilige  
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. (Item  
enim & perfectum idem sunt, secundum Phil. in 2.  
Physic.) Et cum dicitur, Diliges proximum tunc si-  
cū te ipsum unusquisque enim seipsum maxime dil-  
igit. Et hoc ideo est, quia finis præcepti charitas est,  
ut Apost. dicit 1. ad Tim. 1. In fine autem non ad-  
betur aliqua mensura, sed solum in his quæ sunt ad di-  
nem. vi. Iij. dicit in 1. \* Polit. Sicut medicus non  
adhibet mensuram quantum sanet, sed quantum medici-  
næ vel diæta viratur ad sanandum. Et sic patet, quod  
perficio essentialiter consistit in præceptis. *Ante*  
*August.* dicit in lib. de perfectione iustitiae, Cetero  
non præcipiteretur homini ista perficio, quantum est  
in hac vita nemo habeat? Secundario autem & in  
mentaliter, perficio consistit in consilii: quoniam  
sicut & præcepta ordinantur ad charitatem, sed aliter  
& aliter. Nam præcepta alia à præceptis charita-  
tria, ordinantur ad remouendum ea quæ sunt charitati  
contra, cum quibus scilicet charitas esse non possit;  
consilia autem ordinantur ad remouendum impedi-  
menta agus charitatis, quæ ramen charitati non con-  
ueniuntur.

q. 44. art.

2. c. 3.

text. 64.

20. 2.

ante me.

20. 7.

c. 6. a me

dio 10. 3.

trariantur: sicut est matrimonium, occupatio negotiorum secularium, & alia huiusmodi. Vnde Aug. <sup>\* cap. 125.</sup> dicit in Enchirid. Quicumque mandat Deus, ex quibus vnum est, Non mœchaberis; & quæcumque non ibentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus vnum est, Bonum est, homini mulierem non tangere: tunc recte fiunt, cum referuntur ad diligendū Deum, & proximum proper Deum, & in hoc seculo, & in futuro. Et inde est quod in collationibus Patrum dicit abbas Moyes <sup>\*</sup>, Ieiunia, vigiliae, meditatio Scripturarum, nuditas ac priuatum omnium facultatum, non perfectione, sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in ipsis consistit disciplina illius finis, sed per illa peruenitur ad finem. Et supra præmisit quod ad perfectionem charitatis ipsis gradibus ascendere nitimur.

Ad primum ergo dicendum, quod in illis verbis Domini aliiquid ponitur quasi via ad perfectionem, hoc scilicet quod dicitur, Vade, vede omnia que habes, & da pauperibus. Aliud autem subditur, in quo perfectio consistit, scilicet quod dicit, Et sequere me. Vnde Hieronymus <sup>\*</sup> dicit super Matth. quod quia non sufficit tantum relinquere, Petrus adiungit quod perfectum est, Et secuti sumus te. Ambros. Et autem super illud Luc. 5. Sequere me: dicit, Sequi iubet, non corporis gressu, sed mentis affectu, quod fit per charitatem. Et ideo ex ipso modo loquendi appetet, quod confilia sunt quædam instrumenta peruenienti ad perfectionem, dum dicitur, Si vis perfectus esse, vade, & vende, &c. quasi dicat, Hoc faciendo ad hunc finem perennes.

Ad secundum dicendum, quod sicut August. <sup>†</sup> dicit in lib. de perfectione iustitiae, perfectio charitatis, homini in hac vita præcipitur: quia non recte curritur, si quo currendum est, nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Cum autem id quod cadit sub præcepto, diuersimodo possit impleri, non efficitur transgressor præcepti quis ex hoc quod non optimo modo impler, sed

Sec. Sec. Vol. iiij. Q. q. suffi-

<sup>10. 3.</sup>

<sup>collat. 1.</sup>  
<sup>cap. 7. 4.</sup>  
<sup>med.</sup>

<sup>\* super  
huc verba  
Mat. c. 19  
to 9.</sup>  
<sup>† c. 5. in  
tit. de my  
stica vo  
catione  
publica  
ni in pro  
to. 5.  
ante me.  
lib. 10. 7.</sup>

610 QVÆST. CLXXXIV. ART. III.

sufficit quod quocumque modo impleat illud. Perfectio autem diuinæ dilectionis vniuersaliter quidem

cadit sub præcepto, ita quod etiam perfectio paria  
*in lib. de* non excluditur ab illo præcepto, vt dicit † Aug. sed  
perfectio- transgressionem præcepti euadit, qui quocumque mo-  
ne iusti- do perfectionem diuinæ dilectionis attingit. Et au-  
tia ante tem infimus diuinæ dilectionis gradus, vt nihil supra  
med to. 7 cum, aut contra eum, aut æqualiter ei diligatur.  
A quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo im-  
plet præceptum. Est autem alius gradus perfectiæ di-  
lectionis, qui nō potest impleri in via, vt dictum est:  
*art. præc.* à quo qui deficit, manifestum est quod non est trans-  
gressor præcepti: & similiter non est transgressor præ-  
cepti qui non attingit ad medios perfectionis gra-  
dus, dummodo attingat ad infimum.

Ad tertium dicendum, quod sicut homo habet  
quandam perfectionem suę naturę statim cum nasci-  
tur, quæ pertinet ad rationem speciei, est autem alia  
perfectio ad quam per augmentum adducitur, ita  
etiam est quædam perfectio charitatis perimendo  
ipsam speciem charitatis, vt scilicet Deus super om-  
nia diligatur, & nihil contra eum ametur. Et au-  
tem alia perfectio charitatis etiam in hac vita, si  
quaquam aliquis per aliquid spirituale augmentum per-  
uenit: utputa cùm homo etiam à rebus licitis alber-  
net, vt liberius diuinis obsequijs vacet.

ARTIC. IV.

*Virum quicumque est perfectus, sit in statu per-  
fectionis?*

871

*quol. 1. a.*

14. ad 2.

& op. 18.

6. 18.

*art. præc.*

ad. 3.